



CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS)

DECRETUM

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS), attenta postulatione Exc.mi ac Rev.mi Rectoris Magnifici Pontificiæ Universitatis Lateranensis, legitime præsentantis; perpensa relatione eiusdem Universitatis Theologiæ Facultatis Decani; cum comperit in Quadriennio Theologico Dioeceseos Harlemensis pro Seminarii Maioris et Collegii Missionarii dioecesani “Redemptoris Mater” studio item constituto, traditarum disciplinarum rationem canonicis normis conforman et cum diligentia promoveri, petitionem memorati Rectoris Magnifici libenter excipiens, idem


QUADRIENNIUM THEOLOGICUM DIOECESEOS HARLEMENSIS

Facultati Theologiæ Pontificiæ Universitatis Lateranensis

AFFILIATUM

pro munere hoc Decreto *ad alterum quinquennium* constituit declaratque, collata Facultati potestate academicum Sacræ Theologiæ MAGISTERII seu BACCALAUREATUS gradum jis studentibus conferendi, qui, præscriptum studiorum curriculum feliciter emensi (can. 250 C.I.C.), specialia pericula sub ductu et auctoritate eiusdem Facultatis rite superaverint; servatis de iure servandis, in primis peculiaribus normis ad affiliationem exsequendam, ex utraque parte subsignatis et ab hac Congregatione approbatis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die XVI mensis Novembris, a.D. MMV.


PRÆFECTUS

+ 
A SECRETIS